Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Diabolus & femina & uir scientie
bom & mali. fuerunt mucro per
dictionis nre. Gra dei. & uirgo
que peperit. & uir. & lignum
sunt in causa restauationis nre.
non asinus. ñ lapis. non puteus. in
quo samaritana hauriebat aqua.
& cetera talia. sed non proderat
nasci. nisi p desse & mori. Non
enim apostolus frustra dixit.
Regnauit mors a adam usq; ad
moysen. & iam in eos. qui non pec
cauerunt. in similitudinem pre
uaricationis ade. qui est forma
futuri. sicut primus adam cau
sa fuit mortis nre. & iam nobis
qui non manducamus de ligno
uetito. ita xpc est causa uite
eterne. Accessit diabolus ad a
dam per feminam. & occidit
eum. Accessit gra dei ad uirgi
nem MARIAM. & preparauit si
bi habitaculum in homine xpo.
& reuixit humanum genus. quod
occisum fuerat in adam. Primus
adam in obedientie mucrone
interfectus est. a ligno scientie
bom & mali. Secundus autem
adam per palmam obedientie.
de cruce transiuit in uitam eter
nam. & nos secum duxit. Quod
enim erat ade. primo predesti
natum per lignum uite. ut fe
liciter uiueret. si inobedientia
dei per seueraret. hoc nobis
nunc tributum est per lignum.
quod xpc obediens in nra ecclia
plantauit. Vnde non immerito
uiuifica uocatur: Adam perdi
tio. per quatuor partes mundi
dispersus erat. Adam saluatio.
quatuor partes mundi coprehendit. statu corporis sui in lugno. Vnde sedulius. Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Splendidus auctoris de uertice fulget eius. Occiduo sacre labuntur fydere plante. Arcton dextra tenet medium leua erigit arem. Cunctaq; de membris uiuunt natura creatis.

Vnice passionis.

Triplicata ratio cruce passionis ostenditur: Prima ut xpc pro reatu mundi redemptio daretur: Et hostis antiquus uelut hamo crucis caperetur: sicuti ut quos absorbuerat eiu meret non potentia. sed iustitia uictus. Secunda causa est ut secutoribus hominibus uite prebere magisterium. Ad hoc enim